



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 63. Cæsar is exercitus a Fronsbergio quatuordecim Germanorum
peditum millibus auctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LXII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1526.

*Papa inducias cum Cæsare pacisci, a
Moncada compulsus.*

Ast Pontificis securitati hac in ipsa arce parum erat consultum: ea enim necessario ad sustinendam obsidionem apparatu carebat; quocirca Moncada Clementem adiit, eique imminens periculum, urbisque Romanæ deprædationem proxime futuram exposuit, simulque auctor extitit, ut quadrimestres inducias solus cum Cæsare pacisceretur, data tamen Fœderatis copia huic societati intra bimestre accedendi, si ipsis bene visum fuerit. Induciis utrinque firmatis, Pontificis copiæ, quibus Urbinatis Dux imperabat, Romam revocatæ fuerunt. Facta est hæc exercitus diminutio iniquissimo Fœderatorum tempore, utpote qui tum duplo majori militum numero ad exequenda eorum consilia indiguisserent; unde fatalis ille eventus præprimis eorum ruinam promoverat.

§. LXIII.

*Cæsar is exercitus a Fronsbergio qua-
tuordecim Germanorum peditum
millibus auëtus.*

Ultimam vero manum eorum exci-
dio

Sæcul. XVI. dio admovit Georgii Fronsbergii ad-

A.C. 1526.

ventus. Hic proprio ære in Germania
quatuordecim peditum millia conscrip-
psit, ut Casparum Filium suum libera-
ret, qui Patrem summis precibus exo-
rabat, ut pro ejus libertate extremos
adhiberet conatus, cum alioquin abs du-
bio hostium suorum victima caderet.

Guicci. l. 17.

Hisce copiis, quibus Archidux quasdam
peditum centurias adjunxerat, Fron-
sbergius auctus, Tridentinas alpes su-
perabat, ac nequicquam obluctantibus
Venetis usque ad Mantuanam ditionem
penetrabat. Tentabat quoque Joannes
Medicæus hisce suppetiis iter occlu-
dere, ignarus, Germanos belli tormentis
esse instructos, cum vero propius
hosti accederet, minoris tormenti globo
supra genu saucius recessit; postmodum
abscisso etiam crure, ac nihilominus
malo indies ingravescente, octavo post
die animam reddidit, nonnisi viginti sex
annos natus. Interea Fronsbergius
Mantuam veniens, Borbonii Ducem
præstolabatur, cuius copiæ eo accedere
jubebantur; cum vero illæ æs militare
sibi nondum solutum quererentur, nul-
latenus Mediolano exire statuebant, nisi
prius ea, quæ ipsis deberentur, integre
fuissent persoluta. Ut ergo horum ani-
mi placarentur, Borbonius ex Ecclesiis
vasa argentea diripuit, ut inde militibus
fuis

suis debiti stipendii partem numeraret. Sæcul. XVI.
 Ad augendum vero proprium suum æ- A.C. 1526.
 rarum in Moronum Cancellarium mor-
 tis sententiam pronunciari jussit, qui
 ut vitam suam redimeret, Borbonio vi-
 ginti quinque nummum aureorum mil-
 lia obtulit.

§. LXIV.

Simulatum Pontificis iter in Hispaniam.

Ceterum Francisci Regis cunctatio in-
 genti admiratione sumnum Ponti-
 ficem afficiebat, eo potissimum nomine,
 quod Galliarum Rex, licet ipse præci-
 puus conflati fœderis auctor esset, nul-
 lum adhuc conatum adhibuisset, quo
 Cæsarem ad reddendos Regis Filios
 compelleret. Nec minus rara Pontifi-
 ci videbatur Angliæ Regis incuria; quod
 enim ambo Reges Cæsarem conjunctis
 viribus aggressuri essent, firmiter sibi
 persuasum habebat; ignorabat enim,
 quod Moorense fœdus duntaxat ad re-
 pellenda, non item ad inferenda arma
 conclusum fuisset; ut igitur æmulatio-
 ne inter eos conflata illorum animos
 accenderet, divulgabat, se iter in Hispa-
 niā decreuisse, ut cum Cæsare confer-
 ret, junctisque consiliis de pace Euro-
 pæ reddenda cum eo agere posset. Hæc
 Papæ